

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiæ, 1766**

LIB. XXXIV. TIT. VI. De His, Quæ Poenæ Causa Relinquuntur.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

que debetur omnino legatum, *d. l. 88. §. f. nisi mutata voluntas appareat, & res prope exstincta sit. Idque patet ex l. 6. §. 1. de Aur. leg. ubi quidem ornamentum novum solvi, & rursus, quale ante fuit, fieri potest, sed id non est idem, quod antea fuit, sed aliud ornamentum: mutata igitur dissolutione voluntas testatoris videtur.*

At si (3) non tantum res redire ad pristinum statum potest, sed & restitui ante mortem, indistincte debetur legatum; nec de voluntatis mutatione quaeritur, *l. 79. §. p. de Leg. 3. uti area legata, si domo inposita, deinde iterum area sit, plene debetur.*

Qv. VIII. *An, testamento infirmato, etiam infirmetur legata?*

*Laut. pag. 513. verb. Testamento vel Codicillis.* RESP. Si ideo testamentum nullum dicitur, quia institutio vitiosa est, etiam legata nulla sunt, sed si ideo testamentum infirmatur, quia causa non est expressa, quæ continetur in *Nov. 115. valent omnino legata, quod plenius explicavi supra tit. de Inoff. test. q. 8.*

LIB. XXXIV. TIT. VI.

## DE HIS, QUÆ POENÆ CAUSA RELINQUUNTUR.

Qv. *An legata, poenae causa relicta, valeant, si aliquid impossibile contineant?*

*Laut. h. t.* NEGATUR, sed sunt ipso jure nulla. *l. 1. h. §. fin. Inst. de Legat. Laut. h. t.* Nam uti conditio impossibilis legatario adjecta vitatur, ita conditio impossibilis hæredi adjecta vitatur & detrahitur.

OBJ. *§. 10. de Legat. l. 104. de Leg. 1. l. 1. 5. de l. Falc.* ubi conditio impossibilis detrahitur.

RESP. Detrahitur conditio impossibilis hæredi, ne legatum debeat, non autem legatario, utpote cui injuncta non est.

LIB. XXXV. TIT. I.

## DE CONDITIONIBUS ET DEMONSTRATIONIBUS.

Qv. I. *An conditio impossibilis vitiet legatum?*

*Laut. pag. 526. verb. impossibilis &c.* NEGAT. *Laut. h. Secus in pactis. Rationem differentiae dedi tit. de Pact. q. 44.* Qv.

